

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Status qualitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

## Status qualitatis.

## Status finitium, &amp; de eius tractatione.

Diogenis  
factum  
insigne.

**D**E hoc statu diximus in artificio orationis: sic cùm queritur, quid sit res, & quo nomine afficienda? An sacrilegus Diogenes, qui deunculi idolum lignum capuit de tritio, ut sibi coqueret cenam?

M. Tullius breuiter sic explicat, lib. 3. de Oratione.

Definitionis autem sunt disceptationes, vt, cum queratur, quid in communi mente, quasi impressum sit, vt si differatur idne sit ius, quod maxima pars sit vtile: cum aut quid cuiusque sit proprium exquiritur, vt ornate dicere proprium sit oratoris, an id etiam aliquis praeterea possit: aut cum res distributur in partes, vt si queratur, quae sunt generata rerum expectendarum: aut cum qua forma, & quasi naturalis nota cuiusque sit, describitur, vt si queratur aurari species, seditionis, gloriis: ex quo intelligas notiones, notations, definitions, distributions, descriptions, hunc locum eum fulcire, tum ornare.

Primus ergo accusatoris locus erit nominis, cuius de vi queritur, breuis, aperta, & ex hominum opinione de prompta definitio: vt si accusetur Flaminius laesae maiestatis, quod solum magistratum gerentem de concione derixerit, ita proponenda erit definitio:

Maiestatem minuere, est aut de amplitudine, aut populi potestate, aut eorum, quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare.

Hoc si breuiter est possum, pluribus est verbis, & rationibus confirmandum, & ita esse, ut descriptio ostendendum: Deinde ad id, quod defineris, factum eius, qui accusabitur, adiungere oportebit, & ad hypothesim gradum facere.

Erit & infirmando aduersariorum definitio, ea autem infirmabitur, si falsa demonstrabitur ex coniuerudine, & opinione hominum, à turpi, ab utili, &c. Sed quoniam quae ad definitions attinent, libro quarto sunt explicata, nunc pluribus inculcandum non puto.

**C**VM factio, & facti nomine concessio, vis, & natura, & genus negotii ipsius queritur; constitutionem generalem appellamus, inquit Cic. 2. de invent. quæ duplex est, negotialis, & iuridicalis.

Negotialis est, que in ipso negotio iuris civilis habet implicitam controversiam, vt quidam pupillum heredem fecit, pupillus ante mortuus est, quam in suam hereditatem veniet; de hereditate ea, quae pupillo venit, inter eos, qui patris pupilli secundi sunt, & inter agatos pupilli controversia est.

Iuridicalis est, in qua æquus, & iniqui natura, & premij, & penæ ratio queritur. Iuridicalis status duæ sunt partes, una absolute, altera assumpta: Absolute, quae factum, vt ex se legitimum tuerit, ab Hermogene dicitur accusatio rei cuiusdam, tanquam obnoxiae, quem tamen omni noxa soluta videri potest, à Cicero relatio nominatur, 2. de invent.

Ea est, cum reus (inquit) quod agitur, confessus, a terribus se induxit peccato, iure fecisse demonstrat. Sic Horatius occisis tribus Curiatijs, & duabus amissis fratribus domum se victor recipit, is animaduertit sororem suam de fratrum morte non plorantem, sponsi autem nomen appellantem audiuit cum gemitu, & lamentacionem indignè passus virginem occidit. Accusatur.

Absoluti status partes, quas ex Curio Fortuniano supra, in quatuor capita distinctimus, ab alijs ita enumerantur, natura, lex, consuetudo, iudicatu, æquitas, pactum, quæ si in causa ostendat, absolvitur reus; vt, accusatur Cereas, quod Bambalonem nocturnum fore occidit, factum legitimum probat.

A natura, quæ docet vim vi repellendam.

A lege, quæ sic habet, Sino factum furtum effet, si in alijs occisit, iure causus esto.

A consuetudine: Hoc à natura expressum, à legi confirmatum, omnis sæculorum memoria seruavit, omnium gentium instituta tenerunt.

A iudicato: in simili causa absolutus est Faninius, in quo iudicium auctoritas, & pars ratio circumstantiarum plurimum valet.

A æquitate: si vita nostra in alias infidias, in vim, in tela inimicorum incidit, omnis honesta ratio querenda est expediens salutis.

A pacto: si contra datam fidem fecerit accusator.

LIII 2

Ac.

Affumptiuā est, quæ colorem sumit ad fācūm excusandū, cārteroqui malum.

Color autem apud R̄hetores, est quicquid ad excusationē facti affluitur, quod eius rationē immutat, vt purpura lanam.

Tres autem habet partes, remotionem, comparationem, concessionem.

Remotio omnem culpam remouet, & in aliūm transfundit, vt Ulysses apud Homer. Iliad. a. verberauit Theristēm, reus citatus, non diffitetur, sed impudentem muscam, & Regum obreūtatorem se verberasse dicit, qui minimē tolerandus fuerit.

Comparatio, factum aliquod deterioris comparatione, quod alioqui faciendum fuīset, minuit: vt lex Solonis sanxit, ἐγν μὴ τις τρέψει τοὺς γονέας, ἀτιμος οὖσα, si quis nutriuerit parentes, infamis es. Aliquis alimenta denegauit patri, excusat se, quod, cum aut patri, aut coniugi fame pereundum eset, ex quo salutem vita parentis anteposuerit.

Concessio factum concedit, & malum fatetur, sed minuit ab adiunctis.

Purgatio, cum reus se aliquis vi impulsū ad crimen ostendit, eius partes sunt necessitas, fortuna, permotio.

*Iosephus.* Necessitas, vt mater Hierosolymitana necuit filiolum, sed future, & fame stimulante pessimis omnino dominis.

Fortuna, pädagogus Crœsi filio admotus, venabulo feram appetens, alumnū transuerberat, casu factū diluit apud Regem, & certè ita diluit, vt, quod testatur D. Basilius, à Crœso absoluere tur.

*Herodot.* Permotio, quā à Cicerone z. de Inuent. dicitur impulsio, & ratiocinatione opponitur, vt Achilles districto gladio inslit in Agamemnonem, sed in eo æstu, qui describitur ab Homero, amoris, & furoris omnium impotentissimo.

Deprecatio malum malefactum admittit, nec excusationes multas querit, sed ignosci petuit.

Rationes ignoscendi sunt, rei nobilitas, virtus, anteacta vita innocentia, officia in tempub. spes furorum, miūimum periculum in ignoscendo, honestas in venia, si concedatur.

Hic locus dicendi amplissimus, & vbi flexanima illa eloquentia vires suas erexit, & motus excitat.

Nunc de varijs generis iudicialis orationibus videamus.

### De accusatione.

#### C A P V T XXXII.

P Rimum omnino, eundemque frequentissimum in genere iudiciali locum obtinet accusations, & defensiones, de qua rum artificio iuuat hic nonnihil submonere.

Accusatio, cum sit rei coram iudicibus dela*Accusatio*, ritē seruatis iudiciorum formulis, honesta differit, debet esse, & gravis: neque enim id est ac, calumnias, & c. iudicis quispiam calumniator, qui totum cum veris criminibus innocentis famam nullatenus aspergi videat, maledicendi fabie ficta conquirit, quibus perfundet innocentiam.

*Ciceron pro* Accusatio (inquit Cicero) crimen desiderat, *Cato.* alioqui mala, & augatoria futura est.

Nec satis, bonum aut commune, aut priuatū spectare debet, quo consilio si destituta sit, in via inuidiaz, odijs, perfidiaz, facile prolabitur. Quamobrem & spectata communī utilitate multos olim Resp. Romana probauit accusatores, & ad hanc studia iuuenum non tardaluit industrias, vt inuidiosa optimatū potentia, ab iisdem telis accusationis circumuenta, vel infringeretur, vel hebesceret.

Facilē (inquit Cicero) omnes patimur esse quamplurimos accusatores: quod innozens, si accusatus sit, absolui potest: nocens, nisi accusatus fuerit, condemnari non potest.

Vtilius est autem absolui innocentem, quam nocentem cauſam non dicere.

Sic anseres, & canes aluntur in capitolio, vt significet si fures venerint, at fures internoscere non possunt, significant tamen si qui noctu in *accusatio* *re comparsa* in Capitolium venerint, & quia id est suspicio sum, tametsi bestiae sunt, tamen in eam partem potius peccant, quā est cautor. Quod si *an-* *seres* *canes* *Capitolium* *re comparsa* *bestiae* *partem* *peccant* *cautor* *lute* *quoque canes latrent*, *cum Deos salutatum aliqui venerint*, *opinor ijs crura suffrингantur*, *quod acres sint, etiam tum*, *cum suspicio nulla sit*: sumillima est accusatorum ratio. Alij (inquit) anseres sunt, qui tantummodo clamant, nōcere non possunt: alij canes, qui & latrare, & mordere possunt, qui si latrente suspicione, & deferente crimina, nec dicere possint, aut quare, aut quomodo, sunt omnino reprimendi.

*Verum.*